Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

# Decanus-Senior Ceterique Doctores Ac Professores Facultatis Theologicae In Illustri Meklenburgensium Universitate, Quae Rostochii Est, Lecturis Salutem! Non sine iusta indignatione comperimus , eo quosdam audaciae apud Nos procedere, ut, licet facultate in Theologia docendi non gaudeant turbato prorsus ordine in nostram Theologorum messem mittentes ... PP. Rostochii sub Sigillo FCtis Theol. d. 2. Ian. Ao. 1698

Rostochii: Wepplingius, 1698

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791008010

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Leges etc
Academiæ Rostochienſis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791008010/phys_0001
DFG

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. RIA4

RIA4

K.l. — 47. 1-69.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791008010/phys_0002
DFG

# DECANUS-SENIOR CETERIQVE DOCTORES AC PROFESSORES FACULTATIS THEOLOGICÆ IN ILLUSTRI MEKLENBURGENSIUM UNIVERSITATE, QVÆ ROSTOCHII EST,

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

*LECTURIS SALUTEM!*

NOn ſine juſta indignatione comperimus, eò qvoſdam audaciæ apud Nos procedere, ut, licet facultate in Theologia docendi non gaudeant neq; à nobis ſint probati, falcem tamen ſuam turbato prorſus ordine in noſtram Theologorum meſſem mittentes, Collegia in Theologicis & privata & privatiſſima Studioſis aperire Juvenibus non verecundentur. Cum v. is auſus Facultatis noſtræ Statutis, qvæ & Academiæ ſunt, directè adverſetur, adeoq; Nobis officii ratione connivendum non ſit, ut qvi noſtræ fidei ſunt commiſſi, in clanculariis hujusmodi Collegiis ab illis informentur, qvi publico examine & teſtimonio non ſunt probati, prætereaq; neceſſe ſit, ut qvi munus docendi voluerint obire, publicâ id autoritate faciant, uti Cothmannus in ſimili materia, Reſponſo Academico 45. ad decretum Viſitationis docet: Proinde omnes & ſingulos, qvi gradu Theologico non gaudent, neqve à nobis pro more ſunt recepti, publicè hoc Programmate ſeriòqve hortamur, ut à Collegiis Theologicis & privatis & privatiſſimis Juventuti Academicæ aperiendis, omnino abſtineant, neqve in noſtra Theologorum officia ſic involent; ſed qvisqve potiùs ambulet uti eſt vocatus: Cenſemus enim, quemlibet jam tum habere ſatis, quod publicè privatimve agat, ſi ſatisfacere ſuo ſive gradui Philoſophico ſive officio voluerit, ut alienis inhiare non ſit opus. Legite qvæſo Siracid. c. 3. ℣. 21.-24. Si verò noſtra hæc admonitio non obtinuerit quod intendit, ſciatis nos aliâ mox viâ adverſus renitentes eſſe proceſſuros. Quod ſi tamen fuerint, qui certâ laudabilium in Theol. progreſſuum fiduciâ gaudent, illi ordine atq; decenter agere, gradumq; ſtudiis convenientem ſuis ambire poſſunt, neq; tunc difficiles Nos, uti par erat, experientur. Cum nobis jam promovendi occaſio commoda ſatis offeratur,

PP. Roſtochii ſub Sigillo FCtis Theol. d. 2. Jan. Ao. 1698.

Roſtochii Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791008010/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791008010/phys_0004
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791008010/phys_0005
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791008010/phys_0006
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn791008010/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791008010/phys_0008
DFG

IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerſoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commenſalis communis inſuper unius menſis carentia, luent. Quod ſi poſt [illegible]ctionem incorrigibiles ſe prodant, conſilio abeundi, [illegible]t, neceſsitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obn[illegible] qui nouitios vel directo cogunt, vel per ambages a[illegible]elliciunt ad conuiuium veteranis parandum, quo adue[illegible]odo pecunia emunguntur, ſed prauis quoque ſodalitii[illegible]r. Reliqui vero hoſpites, qui ſumtu nouitii epulati ſ[illegible] dierum carcere coercebuntur, iis, qui menſa commu[illegible], per octo dies inſuper ab iſto beneficio excludendis, [illegible]enarum conuiuia, quo inebriationes & exinde oriund[illegible]ones & rixae tanto efficacius impediantur, abhinc pl[illegible]ita ſunto.

VI. Poenae legum tr[illegible]ous iudicialiter decretae a Rectore & Concilio nec mi[illegible]c mutandae, nec omnino remittendae, ſed ad tenor[illegible]ae, ſine vlla deprecatione executioni mandandae eru[illegible]

VII. Nocturnos ſtrep[illegible]s, tumultus & alia, quibus incolarum vel perſonae [illegible]untur, facinora, immo & clamores inconditos vel [illegible]ti iam ſeuerae leges inhibuerunt: ita earum violat[illegible]rubitoribus, quibus cura ſecuritatis nocturnae & tran[illegible]emandata eſt, deprehenſi cuſtodiae militari tradentur [illegible] manebunt, vsque dum Rector Academiae vel de e[illegible]ſsione, vel in carcerem acade-